



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XIX. Suspensi S. Kvnegvndis ope seruati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

C A P V T X V I I I .

Varia & grorum curationes.

Vlier paralytica , & altera sanctimonialis femina
vno pede claudicans ; & claudus de castro, quod
dicitur Giet, post momentaneam orationem vix

completam, in ipsa nocte curati sunt.

Puer, cui tanta membrorum mollities inerat, ut pœnè of-
fibus carere putaretur : alter de Licendorf macie deformi-
consumptus, gressum & loquendi officium, quibus omnino
caruere, receperunt.

* I Ichiatica.

Puella * sciatica de Gisenuelt , necedum tumbæ ingesta
sacræ, propter turbam : Puer ex contractione nerorum ca-
rens officio pedum : Puella de Nuornberc planta pedes sur-
sum recurua , geniculo contracto : Item , de eodem pago
puella manum aridam habens , inter Orationes , & Vigilias
curati sunt,

C A P V T X I X .

Suspensi S. Kunegundis ope seruati.

* Kunegundis.

Vidam pro equo furtim sublato apud VVeram
fluum, in vico, qui dicitur, VVa segen, suspen-
dio addicetus est. Qui in tormento positus, vo-
ce, qua poterat, * B. Virginis aures appellavit:
cuius etiam festinatam opem sibi adesse præsenfit. Diuina e-
nim virtute, ubi populus abscesserat, vincula manuum disso-
luta sunt, & ipse laqueum sibi deponens, in ciuitatem reue-
sus, cunctis erectionem sui, dans gloriam Deo, & suæ saluatri-
ci exposuit. Quorum fideli testimonio ad nos usque delatus,
ad censem quinque denariorum à suis parentibus, ut pridem,
dum damnaretur, pro ipso deuouerant, inscriptus est.

Apud nos quoque non huic dissimile de seruulo quo-
dam, dum illaqueatus ab omnibus mortuus putaretur, si-
gnatum

gnum apparuit. Nam post electam virginam, quod signum mortis in talibus tormentis est, cunctis adstantibus insperatae saluti, ac vita restitutus est.

Tali modo apud Rottenburg, Imperiale castrum, duo absoluti multorum attestatione vsque ad nos peruererunt.

CAPVT XX.

Infans sine baptismo mortuus, reuiuiscit ad sepulchrum S. Kunegundis.

MIra, (at non Deo impossibile) & forsitan nostræ ætati incredibilia dicturus sum, sed tota Babenbergium ciuitas facti expers non fuit.

Mulier de proxima villa Eltin vagientem suum, infra quadraginta dies sine baptismo defunctum, supra tumbam beatæ Virginis non sine spe resurrectionis posuit. Testor eum, qui est primogenitus mortuorum, qui mortuos suscitat, ubi miserabilis omnibus mater extincti sanctæ Virginis nomen Chvnegvndis ingeminando multos fletus effudit; quem examinem posuerat, de sepulchro viuum levigauit. *Infans mortuus resuscitatur.* Quis se à lacrymis, quis à laudibus contineret? Vt na vox omnium, ut frequens turba Sabbatho confluxerat; Qualis est hec? quam sancta? quam Deo cara? que claudos curvare, cacos videre, mutos loqui, extincta quoque membra reuiuiscere facit. Beatus venter, qui hanc portauit: benedicta à Domino yvera, qua hanc lactauerunt; de benedictione iam seculo

pereundi tanta gratiarum munera effluxerunt.

Q²

CAPVT